

Solutio' obje-
tionis.

421 Certè Augustini sententia est, Mariæ corpus in Abrahamo simili ratione Decimas Christo Pontifici solvisse, qua Levitæ summo Sacerdoti exolvissent, non tam Aaroni, quam Christo Pontifici secundum ordinem Melchisedech. Igitur Marianam carnem vult Augustinus, longè antequam conciperetur, in lumbis avitis per Christum fuisse sanctificatam, sive potius sanctificandam præmonstratam; ut scilicet sanctæ carni sancta adsciacretur anima. Quodd verò Decimas Christo persolvit in lumbis avitis Maria, certò jam inde agnoscebatur, se quidem ex propriis meritis imperfectam fore, totamque suam perfectionem à Christo accepturam. Verùm & hoc ipsum ejus immunitatem ab actuali peccati originalis imperfectione convincit, cum in lumbis proavi decimata, & per Christum perfecta, atque adeò à debito peccati exempta doceatur ab Augustino, quem pluribus expli- cant Theologi scholastici, qui Marianam tuentur immunitatem, Marilius, 3. senten. d. 3. q. 4. a. 2. & nos Suarez tom. 2. in 3. p. q. 31. a. 8. in commentario.

422 Concludo ergo, Abrahamum Mariani generis caput nobilissimum numquam illustrem Neptim, nisi immunem prævidisse; sive novo nomine insigniretur, atque ad tam eximiam promerendam prolem per circumcisionem veteri peccati originalis vitio universam profapiam expiaret: sive in Monte Moria sacrificium offerret; sive Melchisedecho Decimas persolveret.

SECTIO XIII.

Deipara avia, Thamar, Rahab, Ruth, quo ritu expiata fuerint, ut in sanctum genus ascite, Mariana conceptioni infer- virent purissima.

Ad Genes. cap. 38. Judicum 6. & Ruth 4.

Thamar
Ethnica
fuit.

423 Antequam ad Davidem, alterum ex præcipuis Mariæ proavis, gradum faciam, nonnulla agnoscere visum est ejusdem proavis, eo Rege majores: atque illas signanter, quæ cum ethnica fuissent, illiusque nominatim dæmonis cultrices, qui peccati Originalis auctor extitit, ejus sacris prius renunciarunt, quam in Deiparæ genealogiam admitterentur. Nimirum, ne quid Marianæ generationi, vel ex foemina foret admixtum linea, quod purissimam ejus Conceptionem maculaturum videretur.

424 Thamar Ethnici fuisse generis, tradunt S. Augustinus lib. 22. contra Faustum c. 83. & seq. S. Zeno Veronensis lib. 2. Ser. 9. S. Ifid. in Gen. 29. Rupert. lib. 8. in Genes. cap. 28. Sed, ut gentem etiam expriment, Genadius, cui subscribit Lippomanus Genes. 28. & Rupertus loco citato, eam Chananæam censent: Philo verò lib. de Nobilitate, Palesti- nam; & meritò; nam Genes. 28. II. jubetur manere in Domo Paterna, donec futurus sponsus adolesceret; & v. 12. invenitur juxta Ænaim, & Thammam urbem Philistinorum, haud valde remotam ab Accaron, ut designat in Theatro Hadricomius in Descriptione Tribus Dan, num. 58. Quid igitur Philisthæa mulier fuit commerta, ut in Mariæ genus admit- teretur, ut tantæ neptis avia deligeretur.

325 Quidquid id fuit, divinæ illud extitit

gratiæ opus, cui nobilis, ac pia femina se præstitit sequacem. Theodoretus Quæstione 38. in Genes. scribit, illam modeste ambiisse Abrahamici generis pietatem. Augustinus, Isidorus, Rupertus, Lippomanus, dum eam Ecclesiæ Gentilitiæ, ex Idololatriæ super- stitione ad veram Dei religionem transeuntis, umbram fuisse testantur, Thamaræ eandem adscribunt Dei religionem quam rejectis Philistinorum Diis fuerit amplexata. Sed qui- nam illi, aut quales? Beelzebub utique, sive Dæmonum Princeps Lucifer, primi peccati auctor; nec non & Dagon, maculofarum conceptionum præfes.

426 Beelzebub, Deum fuisse Accaronita- rum Philistinorum (quem Thamar civis olim coluisset) constat ex libro 4. Regum Cap. 1. addito Matth. Cap. 12. versu 24. ubi Dæ- monum is princeps dicitur. Quodd si omnium princeps, non alius ille est, quam Lucifer, ipsemet scilicet peccati Originalis auctor, qui serpente indutus Evam delusit, Adamum de- jecit, universum defœdavit humanum genus. Igitur Philisthæa femina, originariæ culpæ persuasorem ejuravit Beelzebub, ejusque su- perstitiosum cultum despexit religiosa; ut in Mariæ futuræ neptis, ab eadem culpa im- munis, ejusdemque Dæmoniorum principis adversariæ, cognationem admitti mereretur.

427 Neque principem tantum Beelzebub; sed & summum ejus ministrum abjecit Dago- nem, quem omnes colebant Philisthæi; Azo- tis, primo Regum 5. Gazæi, Judicum 16. Al- calonitæ & cæteri, ut ex Herodoto, Xeno- phonte, Diodoro, & aliis probant Serarius Judicum 16. Quæstione 23. & Sanctius 1. Regum 5. num. 4. Erat autem Dagon, non alia quam Venus, ut docent Sanctus Bona- ventura in Psalmum 28. v. 1. Scaliger in Ma- nilium, & Serarius citatus, cui subscribunt Mæ- doza, & Sanctius nostri 1. Regum. 5. Itaque post Beelzebub Dæmonarcham, colebatur à Philisthæis Venus Dagonica. Certè quidem Venerem, cujus viribus Tartareum stat imperium haud absque pessimo consilio Luci- fer suis præferebat Regnis; ut humanæ conceptioni, Originalis peccati sordibus macu- losæ, præsidem sese jactaret. Thamar igitur turpissimam Venerem, sordidas jactan- tem conceptiones, religiosè dejeravit, ut in Mariæ Genealogiam referri, purissimæque Conceptioni, nefarius jam expiata supersti- tionibus, famulari mereretur.

428 Quod autem hæc etiam Dagonici, seu veneri cultus dejeratio, in Mariæ pro- neptis honorem à Thamaræ fuerit facta, vel ex eventu ipso, adumbrataque rerum simi- litudine non ægrè persuaderetur. Etenim ex misero illo Evangelistico muto, Dagonem, id est, mutam Venerem, Christi, & Ma- riæ viribus, exclusam fuisse, Syra illa mu- lier testata est; quando, damnato Beelze- bub, ejectione Dæmone Dagonem muto, (nam Dagonem, mutum Diabolum dicit The- odoretus sermone 10. de Providentia,) beati- ssimos acclamavit Matrem, & Filium, di- cens: Beatus venter, qui te portavit, & ubera, que susxisti; Lucæ 11. v. 27. Cur au- tem Venus, quæ tam loquuleia, tam gar- rula sit, in Dagonis, id est, Piscis muti for- ma sese apud Philisthæos induerit, curvè miserum illum hominem reddiderit mutum, non erat nostræ disputationis. Certè quò

Ad veram
Dei religio-
nem transit.

Quosnam
Deos illa
coluerit.

Coluit Deū
Beelzebub
Dæmonum
principem
peccati ori-
ginalis au-
ctorem.

Coluiteriam
Dagonem.

Venus Da-
gonica.

Evangelisti-
cus mutus
operā Chri-
sti ac Deipa-
ræ curatus.

Mutus Da-
gon.

Luc. 11. 27.

immun-

immundus hic spiritus (sic vocatur Lucæ 11. 24.) in turpiores immunditias hominem ad- gerit, eò mox illum majori vi mutum & elin- guem efficere conatur, neque hinc ad con- fessarium finit, ne serpentem prædat turtuo- sum. Sed hæc docti concionatores promove- rint porro: Nos satis insinuasse habuimus, in Mariæ fœdissimi monstri victicis gratiam, at- que in Thamaræ ejus proavia, superstitio- sum ejus cultum detestantis, commendatio- nem.

Rahab
meretrix in
proprium
Deorum
Deorum de
honorem.

De Rahab
altera Vir-
ginis avia.

Diana seu
Luna mere-
trix.

Rahab Luna-
rem exuit
superstio-
nem.

Laudatur à
Iacobo, &
Paulo, &
Patribus.

Rahab mili-
tat pro Ma-
riana im-
munitate.

429 Alteram de Rahab, altera Beatæ Vir- ginis avia, quæstionem proposuimus, quam paucis absolvemus. Pagninus Rahabam ex Evan- gelica Genealogia voluit expungendam: sed singulari opinione, nullo locupletis codicis argumento. Vulgati sufficiebat authoritas, ut omnino retineretur. Ecquid verò obstabat?

430 Rahabam fuisse meretricem? At apud populares suos, sacrum profiteri meretricium, in proprium Deorum Deorumve honorem, uti apud alias gentes, infana religione delu- fas, id verò honorificum fuit existimatum. Ita de Corinthiis, Cappadocibus, Ponticis, Strabo lib. 8. & 12. Herodotus lib. 1. Jus- tinus lib. 21. Dio Chrysof. in Corinthiacis. Haud alienè itaque arguit Serarius in Caput 2. Josue Parte 2. Quæst. 5. Rahabam fuisse sacram apud Jerichuntinos Dianæ, seu Lu- næ meretricem; nam & huic Deæ Ponticas, & Cappodoces sacras quasdam adjectas fuisse meretrices, prodit Strabo. Cum igitur mi- seræ, ac cæcæ mentes obsequium se Deæ præstare, Sacrum per meretricium, arbitra- rentur; nihil illud obsuit Rahabæ, quominus & nobili exorta genere, & amplo patrimo- nio locuples esse potterit.

431 Coluierit igitur Lunam, à qua nomen etiam celebre urbi Jericho factum. At ubi veri Numinis Israeliticam agnovit religionem, aditum illa cum sacro suo, seu potius pro- phano meretricio, Lunarem exuit superstio- nem. Inde Paulus, inter primarios veteris Ecclesiæ proceres, Rahabam à fide commen- dat, ad Hebræos Cap. 11. 31. atque etiam ex operibus eam laudat Jacobus in Canonica Cap. 2. 25. Ex Prophetia eandem celebrat Origenes Homil. 3. in Josue, ex aliis virtuti- bus alii Patres, Ambrosius lib. de Salomone Cap. 5. Augustinus in Psal. 86. Chrysof. Homil. 5. de Penitentia: vide Serarium Josue 2. Parte 2. Quæstione 17. & Parte 3. Quæstione 2. & 3. obi quas virtutes sanctus Bernardus eò usque provexit Rahabam, ut illam Dei Matri contulerit, aviam nepti, in Ser- m. 2. de ejusdem Assumptione. Felix mulier, que jam non exploratores Jericho, sed potius fortissimum illum expoliatores stulti illius, qui verè ut Luna mutatur, suscipere meruit, &c.

432 Ego quidem pro meo instituto, quòd Rahab Lunæ superstitioni nuntium remisit, quòd in veri Numinis religionem libens com- migravit; in nepotum Mariæ, & Jesu gra- tiam factum interpretor. Reverita nimirum fuit mulier Prophetica Christi genus, Ma- riæ suspexit generationem, & Conceptionem purissimam. Noverat Lunam, tutelarem Pa- triæ Deam, & partibus, & genituris pa- trocinari creditam; at postquam cælesti col- lustrata Justitiæ Sole, eminentium illud pa- trocinium eò spectasse cognovit, ut turpissi- mus Dæmon, & partus sibi, & genituræ arrogaret, urpote à se ipso quondam fordi- P. Ildeph. de Floras in Eccles.

dissima peccati defordatas macula; à qua quid- dem macula mundissimam oporteret nepem immunem olim generari: in ejus purissimæ generationis, & Conceptionis gratiam, cui se, vel immeritam, aliquam tamen avitam credebat operam daturam; & patronam olim Luniformem fictitiam Deam, & ludicrum ge- nerationum patrocinium ipsius abnegavit; ut purissimæ Marianæ Conceptionis proavia effi- ci promeretur.

433 Neque invidio cupiam Marianæ glo- riam nimium videri debet, quòd tantum illi deferamus, ut Rahabæ præclaram fidem eò usque pertigisse putemus. Non visu fortasse rito, ad Ma- solum, sed eximio illam factò, Dei Matris præ- servationem adumbrasse dixerim; cum in ge- nerali illo Jerichuntino excidio, ruente patri- a, collapsisque omnibus civium, atque gen- tium suorum domibus, una dumtaxat stetit Rahabæ incolum & immunis domus; id ve- rò Josue, seu Jesu præservantis beneficio, Josue 6. 17. cap. 6. vers. 17. Quamvis enim quotquot ad Rahabæ immunes aedes perfergerunt, bellicum furorem, atque extremam ciadem cæteris com- mune evaserint, hoc tamen ipsum ad Ma- rianæ immunitatis gloriam referendum est. Ni- mirum illi etiam adumbrabantur, ad quos ex Virginalis immunitatis cultu, & professione haud dubia incolumitatis pervenit emolun- ta, quibus carere illi volunt, qui tantu- ultrò beneficii expertes fieri contendunt. Alio- quin homines illi, qui ad Rahab domum sa- lutis causâ confugerunt, nequaquam potius sunt æquali immunitatis privilegio, quòd ipsi Rahabæ fuerat concessum; nec enim illorum aedes, sed unam dumtaxat solius femine le- cissimæ domum immunem esse voluit Josue, atque illius gratiâ perfugii, cæteris interim benignè factum. Quòd nobis, ad Mariæ im- munitatem confugientibus, divinus indulgeat Josue, seu Jesus, Matris præservator, no- stiterque servator gloriosissimus.

434 Quòd dixi, Lunam conceptionis, & partus præsidem fuisse habitam, nulli igno- rum est erudito: indoctum docebunt Tul- lius lib. 2. de Natura Deorum, Catullus, & ses. Horatius in Carminibus secularibus, atque Ovidius in Fastis; quorum alii Junonem, alii Dianam, alii vocant Lucinam. Adi Gyraldi Syntagma 12. & Cerdâ nostrum ad 4. Ma- ronis Bucolicum. Quocumque Luna designa- retur nomine, illam Sanctus Anastasius lib. S. Anasta. Synait. 1. Hexaameron Selenen à Græcis dictam pro- dit quasi lucem infantium, & omnium que ge- nerantur. Sed Mariæ generationem, & Con- ceptionem clariori, atque feliciori perfunden- dam luce, prævidebat Rahab; ac proinde Lu- nam illam, sive Lucinam Jerichuntinam si- gnis circumfusam tenebris, ab eadem præcla- ra Conceptione quam longissimè arceandam.

435 Denique de Moabitri de Mariæ avia Ruth, ut nonnihil addam, observo cum san- cto Augustino Quæstione 35. in Caput 23. ver- su 3. Deuteronomii, Moabitidum nuptias divi- na Lege interdictas fuisse Israelitis, usque ad decimam generationem, & usque in æternum. Ubi, decima generationis terminum, Pro- phetico consilio designatum esse, censet Au- gustinus, ut Ruthæ locum in Mariæ Ge- nealogia præberet Moyfes, quam Moabi- tidem, immediatè post decimam generatio- nem Moabiticam prævidebat futuram. Que- stio est, inquit Augustinus, quomodo intra- s. August. K 3 verit

Quòd im-
munis ac-
tus Rahabæ
avias fuit
rit, ad Ma-
ria spectat
immunita-
tem.

Luna con-
ceptionis &
partus præ-
servans.

De Ruth
Mariæ avia,
Deute. 23.
3.

verit Ruth, qua Moabitibus fuerit, de qua etiam caro Domini originem ducit? Nisi forte istam mystice prophetaverit intravit, quod ait, usque ad decimam generationem. Computantur enim generationes ex Abraham, quando fuit, & Loth, qui genuit Moabitas, & Ammonitas ex filiabus, & inveniuntur cum ipso Abraham compleri decem generationes, usque ad Salmon, qui genuit Booz, qui maritus secundus fuit Ruth. Sed cur additum sit. Et usque in aeternum, merito adhuc quaritur, An quia deinceps nulla anima de Ammonitis, & Moabitibus intravit in illam Ecclesiam populi Hebraeorum, posteaquam ista generatione decima prophetia completa est? Maxime. Juvatque S. Hilarius in 59. Psalmum v. 10. Moab generatio, secundum eam, qua in Deuteronomio sententia est, divina maledictionis suscepit opprobrium; sed post decem generationes per gradus susceptionis, sancto digna fuit genere.

S. Hilari.

Abdicavit Ruth ethnicam superstitionem idoli Chamosi.

Ruth 1. 16. Num. 21. 29. Judic. 2. 24. Jerem. 48. 7. & 13.

P. Pineda.

Chamos Deus comestationum praeses, & gula.

Gulonem Daemonem designabat, qui Ev & gulam affricuit.

Originaria gula auctorem denegavit Rutha Moabitibus; quo facto, in Marianam Genealogiam clarissima proavia commereretur referri. Nimirum his sacris aviti generis expiationibus hoc divina agebat Providentia, ut eam, ad quam spectabat avorum series, & aviarum, generationem, & Conceptionem Mariae, immunem a Chamosi gula, liberam ab originali scelere futuram agnoscerent. Exhorresceret enim nobilissima nepotis, aviam servam Chamosi mundissimae Conceptionis adversarii; maxime cum in nobili illa progenitrice, suam Maria umbram praecessisse cognosceret: nam Rutham Mariae non semel confert Bonaventura, in speculo B. Virginis Cap. 3. 9. & 14. quem vide, dum alios nos proavos recolimus.

SECTIO XIV.

David, Regius Mariae atavus, quantum operae ad B. Mariae Conceptionem contulerit.

Ad 2. Reg. 6. v. 12. Abiit ergo David, & adduxit Arcam Dei de domo Obededom in civitatem David cum gaudio, &c.

438 Alteram cum Sancto Paschasio libr. 1. Commentar. in Matthaeum, statuo Mariana Genealogiae visendam columnam; ut inter utramque, ad Mariae sacram originem certus pandatur aditus: nam in binis illis aereis Columnis, quas symbolicas Salomon pro Templo locavit porticu, 3. Regum 7. v. 21. binos Mariae avos, generisque universi summa capita, Abrahamum, & Davidem, agnovit eo loco Paschasius. Cum ergo de Abrahamo primum disseruerimus; reliquum est, ut de Davide quoque breviter ad institutum disputemus. Neque enim Evangelicae hujusce Genealogiae caelestis scala constare poterit, nisi utroque confiteri latere, Abrahamo, & Davide; quibus utraque Jacobicae Scalae latera pulchre contulit Rupertus Libro 7. in Genesis capit. 22. & Libro 1. in Matthaeum. Ad institutum vero, inquam, Virginalis Conceptionis; neque enim universa, quae ad Davidis gloriam spectant, etiam qua Christi & Mariae progenitoris, ambizioso studio congerimus; sed ea dumtaxat, quae ad Dei Matris Conceptionem, quam unam & probamus purissimam, & exornamus, signanter faxint.

David Mariana Genealogiae visendam columnam; ut inter utramque, ad Mariae sacram originem certus pandatur aditus: nam in binis illis aereis Columnis, quas symbolicas Salomon pro Templo locavit porticu, 3. Regum 7. v. 21. binos Mariae avos, generisque universi summa capita, Abrahamum, & Davidem, agnovit eo loco Paschasius.

Dua scala Jacobicae latera Abrahamo & Davide.

Rupert. Davidis religio in factam testamenti arcam ad Mariam adducit immunitatem. 2. Reg. 6. 9.

439 Hanc animo voluebat propheticus Rex piissimus, cum de sacra Arca in Davidicam Regiam inferenda, & cogitare serio, & divino afflatus spiritu mature agere occiperet. Quod enim ait, in Civitatem David adducit, non de quovis Davidicae civitatis loco debet intelligi, sed signanter de ipsa Regis Arce, ut constat ex 2. Regum 6. vers. 9. hoc est, de angusto facello, vel in ipsa, vel ad ipsam Regiam Aulam extructo. Cum autem ingressum illum Divinae Arcae in Davidicam Domum, praeludium fore praenosceret Regius Vates longae sacraioris adventus Mariae proneptis, quae inde Regio ex genere Davidis concepta, in eandem aliquando Davidicam domum, ac familiam, per mundissimam generationem, & conceptionem, erat ingressura; in hanc certe cogitationem tum Rex ipse prudentissimus omnem invehenda Arcae contulit religiosum apparatus; tum divina etiam Providentia, si quae pars humanam fugisset ministrorum industriam, supplicandam, & corrigendam suscepit; ne scilicet vel levissimus error in tantae Conceptionis umbram obreperet.

440 Et obreperat quidem haud omnino levis, ob Leviticorum ministrorum incuriam, nisi omnium inobedientiam in uno audacior Oza, & severe punisset Deus, & caute in posterum emendasset. In obedientia ea fuit, quod Levitae Arcam plastro vehementer imposuissent, quam propriis humeris portare debuerant, ex divinae legis praescripto, Numer. 4. vers. 15. & 1. Paralipomenon 15. vers. 2. & 15. Hanc enim legis transgressio-

Oza inobediens, & morte Arcam irreligiose transportare debuerant, ex divinae legis praescripto, Numer. 4. vers. 15. & 1. Paralipomenon 15. vers. 2. & 15. Hanc enim legis transgressio-

gressione Ozae mortis causam fuisse, docent Sanctus Hieronymus Epistola 48. ad Sabianum, Theodoretus Quaestione 20. Procopius, & alii. Quod autem unus, praenobis transgressoribus, Oza poenas dedit, ipse fecit audacia, qua, cum lascivientes, & calcitrantes boves plaustrum in declivia detorsissent, atque Arcam ad lapsum pronam declinasse viderentur, summam ille manum ruen- ti, ut putabat, admovere maluit, quam utrumque humerum, ut debebat, oneri subjecisse. Aliud praeterea dicitur adversus Arcam admisisse piaculum, quod nempe lapsuram credidit, quae Divina stare virtute. Ita Magnus Gregorius Libro 5. Moralium cap. 10. Quia caeteram credens Levites, erigere voluit, mox sententiam mortis accepit. Simile quid tradiderunt Hebraei apud Abulensem 2. Regum 6. Quaestione 10. quorum sententia, si juxta Gregorii rationem coarceatur, aliisque expurgetur adjectis fabulis, haud aliena debet videri: eo vel maxime quod & umbratilis Arcae majestati, & adumbratae Mariae gloriae graphice consulat. Itaque toto ille, cum caeteris Levitis, pectore, totisque debuit humeris incumbere, ut Arcam in Davidis aedes incolumem inferret, & nullo umquam lapsu ipsam in praecipitum agendam suspicari. Sed quia utrimque exerravit temere, in caeterorum exemplum gravissimo deplexus est mortis supplicio.

Lapsuram Arcam credidit, quae divina stabat virtute. S. Gregor.

Nullo umquam lapsu Deiparam in praecipitum agendam suspicari debuit.

Arca in domum Obededom divertens quid portendat.

Obededomi obedientia opposita Oza inobedientia.

1. Paral. 15. 2. Obediens David in Arce delatione.

mus Vates rem totam secum ipse pervolvens, eodem tandem praevidendo, atque vaticinando provectus est, ut, cum praenosceret hanc Divinae Arcae in Davidicam domum deductionem, haud obscuram esse prolusionem Mariae proneptis in Regiam ipsius domum, clarumque genus deducenda, ita demum deducendam fuisse, ex praedictis Symbolis diceret, ut illam non aliqua Ozae inobedientia tangeret, non inobediens Adamus illam traduceret, sed obsequentissimus Obededom, sive Obed-Adam, ut ad rem nostram id nomen legit Eusebius Caesariensis in Libro de Nominibus Hebraicis. His igitur divina sapientiae (quae amat summa mysteria obscuris aenigmatis occultare) ingeniosis ambagibus edoctus est Rex, Mariam, non ex inobediente, sed ex obediente Adamo in suam ipsius domum, in Davidicam, inquam, nobilem familiam esse devenituram: id est, Adami inobedientia minime tactam; sed originaria obedientia insignitam. Hinc tam insolenti illa praegressus David laetitia, Regem penes exitum, byssina exultans stola, armigeratum pulsans organum, modulata concinens voce, numerofo subiliens tripudio, procedentem Arcam, ingredientis in Regiam Davidis domum Mariae umbram, festa profecutus est pompa. Elatus gaudio (inquit Ambrosius Sermone 80.) in saltationem prorupit; praevidebat enim spiritu, per Mariam, de gemine suo Ecclesiam Christi Thalamo sockandam. Signanter ille, totum Davidem in Mariam ex sua ipsius stirpe olim procreandam, intentum fuisse observat: qua sua observatione, Ambrosiano acumine digna, nostram de tota hac historia cogitationem graphice confirmat.

Pravidebat David, Mariam non ex inobediente, sed ex obediente Adamo, in suam ipsius domum, id est, familiam esse devenituram.

Davidis gaudium & tripudium in Arce deductione ad Mariam spectabat. S. Ambros.

Edoctus David illustri Nathani Vatis prophetia circa rem Marianam.

443 Certè quidem David, si minus perspicue mysterium adhuc intellexisset, quod Ambrosii testimonio fretus minime credam; ex Nathani Vatis sequenti propheta ad clariorem posset cognitionem promoveri. Cum enim Regium illud sacrum, quod ad suscipiendam Arcam in arce fuerat Davidica comparatum, obscuram esse cereret Rex, atque ignobilem Mariani clarissimi mysterii umbram, hoc est, cum Davidis Regis aulam, quantumcumque amplissimam, cultissimam, & exornatissimam, longè tamen indignissimam esse intelligeret, quae tantam caperet neptim Mariam; serio secum, & cum Nathano agere coepit de augustiori construendo Templo, regisque opibus locupletando, divinisque consecrando hostiis, quod progignenda, & concipienda Mariae imaginem, Arcam, inquam, illam sanctissimam deceret. Pia Rex consilia vix dum mente conceperat, atque ecce tibi divinus a Deo nuntius Nathanus, qui gratissimam Numini accidisse Davidis cogitationem explicaret, dignamque tanta pietate promissionem inferret: Praedixit tibi Dominus, quod domum faciat tibi Dominus. Cumque completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum ejus; ipse edificabit domum nomini meo, &c. 2. Reg. cap. 7. vers. 11. Nam de Virginali Deiparae utero, sive de Virgine Dei Matre Vaticinium hoc magnificis celebrant commentarii verustissimi gravissimique Theologi: S. Irenaeus lib. 3. adversus Haereses cap. 27. Tertullianus lib. 3.

2. Reg. 7. 11.

442. Inde altiori consideratione sapientissimi.